



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum peccatum consistat in actu voluntatis tantum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

la privatio. Subiectum autem privationis non est habitus, sed potentia: sicut subiectum cecitatis non est visus, sed id quod est apertum natu videre. Omissionis ergo subiectum est, non quidem actus aliquis: sed potestas voluntatis. Et sic patet solutio ad quintum quod obijcitur de malo.

AD SEXTUM dicendum, quod in illa auctoritate sub facere includitur etiam non facere, sicut dictum est.

AD SEPTIMUM dicendum, quod laus & vituperium non solum debentur actibus voluntariis: sed etiam cessantibus ab actu.

AD OCTAVUM dicendum, quod illa ratio concludit, quod actus requiritur ad omissionem sicut causa: quamvis possit dici, quod fomes de quo ibi loquitur Glossa non est actualis concupiscentia, sed habitualis.

AD NONUM dicendum, quod non omnis negatio fundatur super affirmationem realem, quia ut Philosophus dicit in predicamentis, non sedere vere dici potest, & de eo quod est, & de eo quod non est: sed tamen omnis negatio fundatur in aliqua affirmatione intellecta vel imaginata. Necessse est enim esse apprehensum id, de quo aliquid negatur. Sic ergo non est necessarium, quod ommissio fundetur in actu reali existente. Si tamen omnis negatio in aliqua affirmatione reali fundatur, ut sic negatio pro privatione poneretur, non oportet quod ommissio quae est negatio actus fundaretur in actu, sed quod fundaretur in potentia voluntatis.

AD X. dicendum, quod non solum in omissione, sed nec etiam in transgressionem semper est necessarium, quod sit actualis contemptus, sed contemptus quidam habitualis vel etiam interpretatus: quia scilicet interpretatur aliquem contemnere qui non facit, quod iubetur: vel facit quod prohibetur.

AD XI. dicendum, quod ommissio opponitur precepto affirmativo: quod licet obliget semper, non tamen obligat ad semper. Non enim obligatur homo ad hoc, quod semper insit parentibus honorandis: sed tamen semper obligatur homo, ut parentes honoret, tempore debito. Tandem ergo durat actu peccatum omissionis, quamdiu durat tempus ad quod obligat preceptum affirmativum, quo transiente transit actu & manet reatu: & iterum redeunte tali tempore iteratur ommissio.

AD XII. dicendum, quod sicut aliquis deficit a fine male agendo: ita desistendo a debito actu.

AD PRIMUM ergo, quod in contrarium obijcitur dicendum, quod ex illa auctoritate habetur quod ipsum non facere bonum sit peccatum: non autem remouetur quin huiusmodi, quod est non facere bonum, non sit aliquis actus.

AD SECVNDUM dicendum, quod pena datur pro omissione actus sicut pro culpa: sed tamen culpa contingit causari ab aliquo actu, qui quandoque est culpa (sicut cum peccatum est causa peccati) quandoque vero non culpa.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam quies innaturalis ex aliquo actu praecedente causatur.

AD QVARTVM dicendum, quod Deus neque vult mala fieri neque vult mala non fieri: sed tamen hoc ipsum vult quod est se non velle mala fieri, & non velle mala non fieri.

AD QVINTVM dicendum, quod actus qui requiritur ad omissionem, non semper se habet per accidens ad ipsum: sed quandoque est causa per se, ut dictum est. Et similiter dicendum est ad sextum de transgressionem.

AD SEPTIMUM dicendum, quod omnis actus per rationem regulari debet. Unde omnis actus potest non bene fieri, si non sit debite regulatus, ut scilicet fiat quando de-

bet, & propter quod debet, & sic de alijs, qui sunt in actibus, observanda. Unde etiam hoc ipsum quod est diligere Deum, potest male fieri, puta si quis diligit Deum pro temporalibus. Et hoc ipsum quod est laudare Deum, potest male fieri, si hoc faciat quod non debet, quod si alia facere tenetur: sed si actus accipitur regulatus sicut significatur cum dicitur, temperanter agere, vel iuste agere, sic non potest male fieri. Si tamen daretur quod aliquis actus non posset male fieri, non esset inconueniens, si esset causa per accidens omissionis: quia bonum potest esse per accidens causa mali.

AD OCTAVVM dicendum, quod etiam peccati originalis causa est aliquis actus, scilicet peccatum actuale primi parentis.

AD NONVM dicendum, quod sicut ex parte virtutum est actus & habitus, ita ex parte vitiorum habitus tamen possunt dici virtutes vel vitia, sed soli actus dicuntur merita vel peccata.

ARTICVLVS II.

Utrum peccatum consistat in actu voluntatis tantum.

SECUNDO queritur utrum peccatum consistat in actu voluntatis tantum. Et versus sic dicitur. n. Augustinus in libro retractationum, quod non nisi voluntate peccat ut ergo peccatum in solo actu voluntatis consistit.

¶ 2 Praet. Augustinus dicit in libro de duobus Animabus, Peccatum est voluntas retinendi, vel acquirendi quod iustitia vetat: voluntas autem hic accipitur pro actu voluntatis. ergo peccatum in solo actu voluntatis consistit.

¶ 3 Praet. Augustinus dicit, quod continentia est habitus mentis: sed per actum exteriorem manifestatur, ergo & e contrario incontinentia, & omne peccatum in sola voluntate consistit. Actus enim exteriores solummodo manifestant peccatum.

¶ 4 Praet. Chrysostomus dicit super Mattheum, quod voluntas est quae aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo. Opera autem testimonia sunt voluntatis. Non ergo querit Deus opera propter se, ut sciat quomodo iudicet: sed propter alios ut omnes intelligant, quia iustus est Deus. Id autem solum pro quo Deus punit, est peccatum, ergo peccatum in solo actu voluntatis consistit.

¶ 5 Praet. Id quo posito vel remoto nihilominus peccatum manet, accidentaliter se habet ad peccatum. Non ergo in eis peccatum consistit: sed in solo interiori actu voluntatis.

¶ 6 Praet. Nullus actus imputatur alicui ad peccatum, qui nullo modo est in potestate eius. Unde si aliquis accipiat manum alicuius hominis contra eius voluntatem, & cum ea interficiat hominem, peccatum homicidii non imputatur homini cuius manus percussit: sed ei qui utitur manu. Exteriora autem membra, nullo modo possunt resistere imperio voluntatis. Non ergo in actibus exterioribus membrorum, consistit peccatum: sed in actu voluntatis que utitur membris.

¶ 7 Praet. Augustinus dicit in libro de Vera Religione, quod si aliquis uideat remum fractum in aqua, non est hoc vitium uisus qui nuntiat, quod accepit ut nuntiaret, sed etiam est vitium uirtutis quae debet iudicare: sed exteriora corporis membra hunc ordinem acceperunt a Deo, ut faciatur quod voluntas imperat. ergo vitium vel peccatum non est in actibus eorum, sed in actu voluntatis.

¶ 8 Praet. Si peccatum consistit in actu voluntatis, & iterum in actu exteriori, maius erit peccatum peccare simul uoluntate, & exteriori actu, quam peccare Quae sit. dicitur S. Thomas. O 3 re in-

Lib. 1. ca. 9. circa mediu. tom. 1.

De bono c6. ingali. c. 21. tom. 6.

Homil. 19. in Mattheum. aliquantulum in a prin. tom. 1.

cap. 33. to. 1.

re interiori actu tantum, quia sicut quantum additum quanto, maius facit quantum: ita peccatum additum peccato ut facere maius peccatum, sed hoc non est verum: dicitur in Glo. Matth. 12. Quantum in rebus tantum facis. Et sic non est maius peccatum interioris voluntatis, & exterioris actus, quam interioris actus tantum. Non ergo peccatum consistit in exteriori actu, sed solum in interiori.

¶ 9. Preter. Si sint duo aliqui habentes eandem voluntatem idem peccatum committendi, puta fornicationem, & unus habet opportunitatem, & implet voluntatem suam & alius non habet, sed vellet habere, manifestum est quod inter istos duos non est differentia quantum ad aliquid, quod sit in parte eorum: sed sicut id quod non est in potestate alicuius, non attendit peccatum, & per consequens neque peccati augmentum. ergo unus eorum non magis peccat quam alius, & ita videtur in solo actu voluntatis peccatum consistere.

¶ 10. Preter. Peccatum corrumpit bonum gratie, que non est sicut in subiecto in aliqua inferiorum virtutum, sed in voluntate: opposita autem sunt circa idem. ergo peccatum in sola voluntate consistit.

¶ 11. Preter. Actus interior est causa exterioris actus: idem autem non est causa sui ipsius. Cum ergo peccatum sit unum & idem, videtur quod si consistat in actu voluntatis, non possit consistere in actu exteriori.

¶ 12. Preter. Idem accidens non potest esse in duobus subiectis: sed deformitas comparatur ad actum deformem, sicut accidens ad subiectum. Cum ergo unus peccati sit una deformitas, non potest unum peccatum consistere in duobus actibus: scilicet interiori & exteriori. Manifestum est autem quod peccatum est in interiori actu voluntatis. ergo nullo modo in exteriori.

¶ 13. Preter. Anselmus dicit in libro de Conceptu virginali, de actibus exterioribus loquens, in horum essentia nulla consistit iniustitia. ergo eadem ratione neque iniustitia. Et sic peccatum in actu exteriori non consistit.

¶ 14. Preter. Augustinus dicit, quod peccatum transit actu, & manet reatu: hoc autem non esset si ipse actus exterior esset peccatum. ergo ipse actus exterior non est peccatum.

SED CONTRA. Omne illud quod prohibetur lege Dei, est peccatum: quia peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei: sed actus exterior lege Dei prohibetur. Exo. 20. cum dicitur. Non occides, non moechaberis, non furem facies. Et scortum prohibetur actus interior, cum dicitur. Non concupisces. ergo non solum actus voluntatis est peccatum: sed etiam actus exterior.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt, quod nullus actus, neque interior, neque exterior sicut est peccatum: sed sola privatio habet rationem peccati, propter hoc quod Augustinus dicit, quod peccatum nihil est. Alii vero dixerunt, quod peccatum consistit in solo interiori actu voluntatis. Quidam vero dixerunt, quod peccatum consistit, & interiori actu voluntatis, & in exteriori actu. Et quamvis haec opinio, magis contineat veritatem: tamen omnes aliquantulum verum sunt, sed considerandum est quod haec tria, malum, peccatum, & culpa, se habent ad invicem, ut cōius & minus cōe. Nam malum communius est: in quoque enim siue in subiecto, siue in actu sit privatio formae, aut ordinis, aut mensurae debita, mali rationem habet: sed peccatum dicitur aliquis actus debito ordine, aut forma: siue mensura carens. unde potest dici, quod tibia curva, sit mala tibia: non tamen potest dici, quod sit peccatum, nisi forte eo modo loquendi quo peccatum,

dicatur esse actus peccati: sed ipsa eladicatione peccatum dicitur. Quilibet enim actus inordinatus potest dici peccatum, vel naturae, vel artis, vel moris: sed non est culpa non habet peccatum, nisi ex eo quod est voluntarium. nulli enim imputatur ad culpam aliquis inordinatus actus, nisi ex eo quod est in eius potestate. Et sic patet quod peccatum est in plus, quam culpa: licet enim communem usum loquendi apud theologos pro eodem sumantur peccatum & culpa. Qui ergo consideraverunt in peccato solum rationem mali, dixerunt quod substantia actus non est peccatum: sed deformitas actus. Qui vero consideraverunt in peccato solum id, unde habet rationem culpe, dixerunt peccatum in sola voluntate consistere. Sed oportet in peccato considerare non solum ipsam deformitatem, sed et actum deformitati subiectum: quia peccatum non est deformitas, sed actus deformis. Deformitas autem actus est per hoc, quod discordat a debita regula rationis, vel legis Dei. Quae quidem deformitas invenitur non solum in actu interiori sed exteriori: sed tamen hoc ipsum quod actus exterior deformis imputatur homini ad culpam, est a voluntate. Et sic patet quod si totum id, quod est in peccato considerare volumus, peccatum non solum consistit in privatione, neque solum in actu interiori, sed etiam in actu exteriori.

Et quod dicimus de actu in peccato transgressionis, est et intelligendum de remotione actus in peccato omissionis, ut in superiori questione habitum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod voluntate producit, non solum actus interior quod voluntas elicit: sed etiam actus exterior quem voluntas imperat, & ita etiam hoc ipsum quod exteriori actu peccatur, voluntate peccatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod peccatum dicitur esse voluntas, non quod tota essentia peccati sit in actu voluntatis: sed quia totum peccatum consistit in voluntate, sicut in radice.

AD TERTIUM dicendum, quod ex voluntate est quod aliquis actus sit laudabilis, seu meritorius, & virtuosus, vel culpabilis, & demeritorius, & vitiosus. Et ideo qualibet virtus, & vitium dicitur esse habitus mentis & voluntatis, non quia ad actum virtutis & vitij pertineat et exteriores actus: sed quia non sunt actus virtutis & vitij, nisi sicut quod a voluntate mentis imperantur.

AD QUARTUM dicendum, quod sola voluntas dicitur remunerari, vel condennari, quia nihil condennatur vel remuneratur, nisi per hoc quod est a voluntate.

AD QUINTUM dicendum, quod in actibus animae illud quo posito vel remoto nihilominus alterum manet, non semper se habet accidentaliter: sed materialiter, quandoque. Semper enim illud quod est ratio alterius, se habet ad illud sicut formale ad materiale: puta in actu sensus color videtur per lumen, & se habet: ut materiale ad lumen, quod potest videri etiam sine colore: licet color non possit videri sine lumine. Et similiter in actu voluntatis finis est ratio volendi id, quod est ad finem. unde finis est appetibilis et sine eo, quod est ad finem: & tamen id quod est ad finem, non accidentaliter se habet ad appetibile, sed materialiter. Et similiter est intelligendum de principio, & conclusionem: quia principium potest intelligi sine conclusionem, sed non e converso. Quia ergo actus voluntatis est ratio quare actus exterior sit culpabilis, quantum ad hoc quod est esse peccatum culpabile, actus voluntatis se habet, ut formale ad actum exteriorem, & actus exterior se habet non accidentaliter, sed materialiter ad tale peccatum.

Glof. interi
nearis super
Hind. bonus
homo de bo
no.

Cap. 4. ante
medium 11.
lini.

Li. 1. de nu
pulis, & cō
sup. cap. 26.
tom. 4.

x. 4. 74. 2.
8. & 3. & q.
75. 3.

Tractatu
in Ioan. sup
illud sine ip
so factum e
nihil co. 9.

AD

AN SEXTVM dicendum, qd illius actus cuius manus aliqis vteretur ad occidendum, esset qd actus inordinatus: sed nō haberet rōnem culpæ, nisi p cōparationem ad illum qui vtitur alterius manu. Et simili ter actus exterior membri habet deformitatem, sed non habet rationem culpæ: nisi per hoc qd est a voluntate. vnde si essent duæ personæ voluntas & manus, manus non peccaret: sed voluntas peccaret non solum per actum proprium qui est velle: sed etiam per actum manus qua vtitur. Nunc autē vnus homo est cuius est vterque actus, & pro vtroque punitur. Et p hoc patet solutio ad septimum.

AD OCTAVVM dicendum, qd si queratur vtrū tm peccet, qd sola voluntate peccat, quantum, qui peccat voluntate & actu, dicendum est qd hoc pot continere dupliciter, vno modo ita qd sit æqualitas ex parte voluntatis: alio modo ita qd nō sit æqualitas. Contingit autē inæqualitas voluntatis esse tripliter. Vno modo fm naturam, puta si aliquis vno motu voluntatis vult peccare, & cum non habeat opportunitatē transit voluntatis motus. In alio autem qui primo habet motum voluntatis, postmodum opportunitatem habens iteratur voluntatis actus. Et sic est in eo duplex mala voluntas, vna sine actu, & alia cum actu. Alio modo potest attendi inæqualitas quantum ad modum, puta si vnus habet voluntatē peccandi, sciens se non habere opportunitatem, desistit a tali motu voluntatis: alius autem sciens se habere facultatē peccandi cōtinuat voluntatis motum quousq; ad actum perueniat. Tertio modo cōtingit inæqualitatē voluntati esse quantum ad intentionē: sunt enim aliqui actus peccati delectabiles, in quibus voluntatis augetur quasi remoto frano rōnis, quæ ante actum aliquatiter remurmurabat. Qualiter cumque aut sit inæqualitas voluntatis, est inæqualitas peccati. Si autē sit omnino æqualitas ex parte voluntatis, sic distinguendum videt in pō sicut in merito. Qui n. habet voluntatē dandi eleemosynā & non dat, quia nō habet facultatem tantundē meret, quantum si daret per cōparationē ad p̄mum essentialē, quod est gaudiū de Deo, hoc enim p̄mum r̄ndet charitati qd ad voluntatem pertinet, sed per cōparationem ad p̄mum accidentale, quod est gaudiū de quoēque bono creato, magis meretur qui nō solum vult dare, sed dar. Gau debet enim nō solum, qd dare voluit: sed quia dedit, & ex oibus bonis qd ex illa datione peruenerunt. Et similiter si cōsideretur quantitas demeriti p cōparationē ad penā essentialē, qd cōsistit in separatione a Deo & dolore exinde proueniēte, nō minus demeret qui sola voluntate qd qui voluntate & actu peccat, qd hæc pena est contēptus Dei, qui respicit voluntatē: sed quantum ad penā secundariam qd est dolor de quoēcumq; alio malo, sic magis demeret qd actu & voluntate peccat. habebit enim dolorē non solum de eo quod male voluit: sed et de eo qd male fecit, & de omnibus malis qd de eius maleficio p uenerunt. Vnde & penitens qui penā futuram penitendo p̄uenit, de omnibus talibus dolet. Quod ergo dicit, qd quantum additum quanto, facit maius, intelligendum est vbi vtrumq; dicit quantum secundum eandem rationem: sed vbi vnum est rō alterius qd sit quantum, hoc non oportet: sicut si lignum est longum, erit linea longa, nec oportet quod lignū cum linea sit longius quā linea, quia linea est rō lōgitudinis ligno, sicut et dicitur est quod actus exterior habet rationē culpæ ab actu voluntatis. Quod

vero dicitur quantum intendis tm facis, hēt locum in malis: quia si aliquis intēdat peccare mortaliter, etiam si cōmittat actū qui de genere suo est peccatum veniale vel nullum, mortaliter peccat, quia cōscientia erronea ligat. Si vero aliquis intēdat opus meritorium facere cōmittēs aliquid qd de genere suo est peccatum mortale, non meretur, quia cōscientia erronea non excusat. Si tm sub intentione comprehendatur, non solum intentio finis: sed voluntas operis, sic verum est in bono & in malo, qd quantum aliquis intendit tantū facit. Qui enim vult occidere sanctos, ut obsequiū p̄stet Deo, aut qd vult facere furtum, ut det eleemosynam videtur quidē hēre intentionē bonā: sed voluntatē malā. Et pp hoc si sub intentione et voluntas comprehendatur, vt totum intentio nominetur, erit etiam intentio mala.

AD NONVM dicendum, qd nullus meret, nec demeretur pro habitu: sed pro actu. vnde contingit, qd aliquis est sic fragilis qd si tentatio sibi superueniret, peccaret, qui tamen si tentatio nō superueniat, actu non peccat. Nec pp hoc demeretur, quia ut Aug. dicit, non punitur aliquis a Deo pro eo qd facturus esset, sed pro eo quod facit. licet ergo oportunitatem peccati hēre vel non habere. non sit in potestate peccantis, tamen vti oportunitate habita vel non uti, est in potestate ipsius. Et ex hoc peccat & peccatum eius augetur.

AD X. dicendum, qd oē peccatum non est in aliis actibus, nisi in quantum sunt a voluntate. pp hoc per peccatū principaliter, priuat id qd est in voluntate.

AD XI. dicendum, qd oē quod comparatur ad alterum ut ratio eius, se hēt ad ipsum sicut forma ad materiam: vnde ex duobus fit unū, sicut ex materia & forma. Et pp hoc color & lumē sunt vnum visibile, quia color est visibilis pp lumen. Et similiter cum actus exterior hēt rationē peccati ab actu voluntatis, idē peccatū est actus voluntatis, & actus exterior coniunctus: sed si aliquis primo velit tm, & postea volens faciat, sunt duo peccata: quia iterat voluntatis actus. Quādo autem ex duobus fit vnū, nihil prohibet illorum duorum vnum alterius causam esse. Et sic actus voluntatis, est actus exterioris causa: sicut & actus superioris virtutis est causa actus inferioris, & semper formaliter se habet ad ipsum.

AD XII. dicendum, qd in vtroq; actu interiori, & exteriori cōsistit deformitas peccati: sed tamē vna deformitas est vtriusque quod ideo est, quia in vno eorum causatur deformitas ex alio.

AD XIII. dicendum, qd in essentia actuum exteriorum dicitur nulla consistere iustitia: quia actus exteriores non pertinent ad genus moris, nisi secundum quod sunt voluntarij.

AD XIII. dicendum, quod reatus, id est obligatio ad poenam est quidam effectus consequens ad peccatum. vnde cum dicitur, quod peccatum transit actu, & manet reatu, idem est ac si diceretur, quod trāsit per suam essentiam, & manet in effectū.

ARTICVLVS III. *Vtrum peccatum principaliter consistat in actu voluntatis.*

TERTIO, queritur utrum peccatum principaliter consistat in actu voluntatis. Et videtur, qd non. Denominatio. n. fit a principali, ut dicitur secundo de Anima. Sed peccatum denominatur ab exteriori actu, ut cum dicitur furtum vel homicidium. Non ergo peccatum principaliter consistit in actu voluntatis.

Quæst. dif. S. Thomæ. O 4 ¶ 2 Præf.

In II. de præf. sanctiorum. c. 13. & de bono p̄f. c. 10. in princ. 7.

D. 479.

D. 325.

D. 325.

Lib. 2. c. 6. 49. tom. 2.

In copy art.